Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

habet quinque panes or-
deaceos et duos pisces.
Sed hec quid sunt inter
tantos? Dixit ergo ihe
Facite homines discubere.
Erat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt
ergo viri numero quasi
quinque milia. Accepit
ihe panes; et cum gratias
egisset distribuit discum-
bentibus. Similiter et ex
piscibus quantum vole-
bant. Vt autem imple
ti sunt dixit discipulis
suis. Colligite que su-
perauerunt fragmenta:
ne pereant. Collegerunt
ergo et impleuerunt duo-
decim cophinos fragm
mentorum ex quinque
panibus ordeaceis # que
superfuerunt his qui man
ducauerant. Illi ergo
homines cum vidissent
quod fecerat signum dicebat
Quia hic est vere pheta
qui venturus est in mun
dum. Offertorium Laudate dominum
quia benignus est psallite
nomini eius quoniam
suauis est omnia quecunque
voluit fecit in celo et in terra.
Sacrificium pre secreta
sentibus quesumus placatus
intende. vt devotionem
nostre proficiant et sa-
lutem. Per Con. Christum que

# duobus piscibus